

Alte Drucke

Davidis Chytræi In Historiam Iosvæ, Iudicvm, Rvth, in Prophetas & Psalmos aliquot; & Sententias Syracidæ

Chyträus, David

Lipsiae, 1592

VD16 C 2504 T. II

Caput XII.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148122](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148122)

Pilatus, non alij ethnici, sed ipsi filij Israël, quos ex toto genere humano se-
legerat Deus, vt Christi peculium essent, tam vili precio Christum dignum
iudicarunt, vt, cum alioquin hominem liberum 50. siclis æstimarent, Le-
uit. 27. Christum, à quo omnes credentes à potestate diaboli, mortis & pec-
cati liberantur, & qui cœli ac terræ Dominus est: seruo seu mancipio æ-
quent, quod 30. argenteis vsitate redimebatur.

Caput XII.

Hoc Caput tres locos insignes continet. I. De Ecclesiæ cruce
ac persecutionibus, & conseruatione miranda. Nam vocabulo Ie-
rosolymæ & ducum Iuda intelligit Apostolos & eorum auditores,
seu Ecclesiam Christianam, ex reliquijs populi Iudaici & gentibus colle-
ctam, quæ ab Imperatoribus Romanis, Nerone, Domitiano, Decio, Dio-
cletiano, Licinio & cæteris regnis totius orbis terrarum oppugnabitur &
adhigetur, sed Deus eam, deletis omnibus imperijs, proteget & seruabit in
omni æternitate.

II. Promissio de donatione SPIRITVS SANCTI: cuius beneficia
pæcipua dulcissime describit, cum nominat spiritum GRATIÆ & PRCVM.
Accendit enim spiritus sanctus per euangelion in nostris mentibus agniti-
onem gratiæ seu Misericordiæ Dei nobis in Christo promissæ, & veram fi-
dem firmiter statuentem se esse in gratia Dei, se habere Deum placatum &
propicium patrem, se gratuita Dei misericordia factum esse filium Dei, &
heredem iusticiæ ac vitæ æternæ. Deinde verò exuscitat corda ad precatio-
nem, vt agnita Dei misericordia & beneuolentia erga nos paterna, propter
filium vnigenitum pro nobis in cruce confixum promissa, in omnibus peri-
culis & doloribus accedant ad Deum velut patrem *φίλοςοργον*, & omnia
bona spiritualia & corporalia, præsentia & æterna ab eo petant & expe-
ctent. Rom. 8. Qui ducuntur spiritu Dei, hi sunt filij Dei. Non enim acce-
pistis spiritum seruitutis iterum ad timorem, sed accepistis spiritum adopti-
onis filiorum, per quem clamamus Abba pater. Ipse Spiritus testimonium
perhibet spiritui nostro, quod simus filij Dei: si autem filij, & hæredes:
hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi.

III. De persona & passione ac morte filij Dei vnigeniti, Domini no-
stri Iesu Christi. Loquitur enim ipse filius Dei vnigenitus Iehoua, & affir-
mat se in cruce confixum iri, victimam pro peccatis totius generis humani:
sicut hoc ipsum Zachariæ vaticinium Iohannes Euangelista cap. 19. citat.

PROPHETIA * verbi DO-
MINI super Israël. Dixit DOMI-
NVS ^β extendens cœlum, & fun-
dans terram, & fingens spiri-
tum hominis in eo. Ecce ego pono Ie-
rusalem, & calicem ^δ stuporis omnibus po-
pulis in circuitu, atq; etiam super ^ε ludam
erit, in obsidione contra Ierusalem.

* Argumentum
Prophetiæ de Ec-
clesia. ^β Defini-
tio Dei ab effe-
ctibus. ^γ Perse-
cutores Ierosoly-
mæ seu Ecclesiæ
peribunt vt qui po-
culū veneno mor-
tifero plenum hau-
riunt. ^δ *לַיְהוָה*
poculum

poculum tremoris. * Etiam Iudæi impij persequentes Ierosolymam seu Ecclesiam veram peribunt.

Et erit in die illa ponam Ierusalem, & lapidem oneris cunctis populis: omnes leuantes eum concisione concidentur, & colligentur aduersus eam omnes gentes terræ.

sum, firmum. Matth. 16. Portæ inferorum non praualebunt aduersus eam.

In die illa dicit D O M I N V S percutiam omnem equum stupore, & ascensorem eius amentia, & super domum Iuda * aperiam oculos meos, & omnem equum populorum percutiam cœcitate.

Et dicent ^o duces Iuda in corde suo, confortentur mihi habitatores Ierusalem in D O M I N O exercituum Deo suo.

* C H R I S T O .

In die illa ponam * duces Iuda tanquam carbonem igneum in lignis, & sicut facem igneam in manipulis, & deorabunt ad dexteram & ad sinistram omnes populos in circuitu: & habitabitur Ierusalem rursus ^a in loco suo in Ierusalem.

neis multos conuertet. ^a In toto mundo, vbicunq; vox Christi audir.

Et ^u saluabit D O M I N V S tabernacula Iuda (*sicut*) in principio: & non magnificabitur gloria domus Dauid, & gloria habitantium Ierusalem, contra Iudam.

tatis & potentie inter membra Ecclesie Christiane, sed omnes in Christo vnum erunt.

In die illa proteget D O M I N V S habitatorem Ierusalem: & erit (*qui*) infirmus (*fuerit*) inter eos in die illa, sicut ^z Dauid: & domus Dauid sicut Dei, sicut Angelus D O M I N I in conspectu eius. Et erit in die

z Ierusalem erit immora & inuicta, wirdt heissen / Noli me tangere. Eza. 28. Pono in fundamentis lapidem angularem, preciosum.

* Ecclesiam placato vultu & amicis oculis aspici.

* Apostoli doctores confirmabunt ceteros pios. Luc. 22. Et tu conuersus confirma fratres.

* Apostoli predicacione verbi de efficacia Spiritus sancti totum orbem Christo subiicient. Ier. 23. Verba mea sunt tanquam ignis. Spiritus sanctus linguis ignis.

* Ecclesia seruabitur, sed non ita, ut maneat regnum Dauidis politici: non erit ~~z~~, seu differentia digni-

* Ecclesia erit templum, in quo Deus habitat: & ciues ecclesie erit Angeli Dei, qui alios docere: Deum inuocare, & illa

illa^a quæram contere omnes gentes, quæ veniunt contra Ierusalem.

obedire, vt Angeli poterunt. & Dauidi similis. Nam
 æqualitas Arithmetica erit omnium piorum quo ad gratiam. Ego ero
 vindex & ultor. Omnia imperia peribunt, Ecclesia manebit.

ET EFFUNDAM SUPER DOMINUM DAVID & super habitatorem Ierusalem SPIRITUM GRATIÆ ET PRECVM: & ASPICIENT AD ME (filium Dei) QUI ILLI CONFIXERVNT.

PROPHETIA de donatione Spiritus sancti & passione ac morte filij Dei. Effundam, inquit filius Dei à Iudæis in cruce configendus, & simul alludit ad effusionem sacri olei, seu ad ritum vnctionis Sacerdotum Leuiticorum, & regum Iudaicorum, quæ vnctio typus fuit donationis Spiritus sancti, quo, præ confortibus suis, Christus non ad mensuram vnctus est; & omnes pij seu Christiani vnguntur, vt regale Sacerdotium sint & gens sancta, gratum & late fragrantem veræ agnitionis & celebrationis Dei & omnium virtutum odorem, coram Deo & hominibus spargentes. vt in Epistola Iohannis aliquoties vnctionis appellatione Spiritus sanctus designatur. Simul autem largissimum & vberrimum Spiritus sancti donum verbo effundendi promittitur, quo Ioel etiam cap. 2. & Esa. 44. Ezech. 39. vsus est.

Domum David totam ecclesiam credentem promissioni de Christo ex semine Dauidis nato, ex Iudæis & gentibus collectam, Ephes. 2. Estis conciuēs & domestici Dei.

Ciuēs Ierusalem nouæ, spiritualis & cœlestis, seu totius ecclesie, cuius typus fuit Ierosolyma, Iudææ metropolis, Gal. 4. Spiritum gratiæ Rom. 8. Accepistis spiritum adoptionis filiorum, qui testimonium perhibet spiritui (cordi) nostro, quod sumus filij Dei, Deo

GRATI & accepti & hæredes vitæ æternæ, 2. Cor. 1. Qui confirmat nos vnâ vobiscum in Christum, & vngit nos, DEVS est, qui & ob signauit nos (certissimos reddidit) & dedit arrhabonem spiritus in cordibus nostris.

Et precum Iohan. 4. Veri adoratores adorabunt patrem in Spiritu & veritate, Rom. 8. Nescimus quid oremus, sicut oportet, sed Spiritus ipse (accendit in nobis inuocationem &c.) intercedit pro nobis gemitibus inenarrabilibus.

Et aspicient me Spiritus sanctus illustrabit oculos mentis ac fidei vestræ, vt vulnera Christi pro vobis in cruce crucifixi, & immensum erga vos amorem & misericordiam Dei patris, in filij vnigeniti vulneribus & morte, verè agnoscatis, vt Augustinus ea aspicit. Turbabor, sed non perturbabor, quia vulnere Domini recordabor.

Illi scilicet Iudæi & milites Romani, à quibus crucifixus est Christus, & Centurio, qui lancea latus eius aperuit, ex quo sanguis & aqua profluxit. Confixerunt vt petram à Mose fissam.

Et plangent super eum iuxta plantum (qui sit) super vnigenitum, & dolebunt super eum, vt doleri solet super primogenitum. In die illa magnus erit plan-

pp 3

ctus

Ecclesia spectatrix crucis Christi, Maria, Soror, Salome. Semper autem ecclesia co-

ctus in Ierusalem, sicut planctus ^c Hadadrimmon in campo Megiddon. & plangent terra, Familia ^d familiae seorsum: Familia domus ^e David seorsum, & mulieres eorum seorsum: Familia domus ^f Nathan seorsum, & mulieres eorum seorsum: Familia ^g Simeï seorsum, & mulieres eorum seorsum. Omnes familiae reliquae, ^h familiae familiae ⁱ seorsum, & mulieres illorum seorsum.

Christi patienter tolerat. ^b Iohan. 3. Ut filium suum vnigenitum daret. ^c 2. Paral. 35. in finibus tribuum Manasse & Isaschar propè Iezraël, vbi Iosias interfectus est. Hadadrimmon, locus confitus malis punicis. Megiddon, turma, cuneus. ^d Singulae familiae. ^e Duae familiae regiae. ^f Duae sacerdotales. ^g Filius Gerson, nepos Leui, Exod. 6. ^h Singulae familiae. ⁱ Singuli suam crucem, suum dementium, luctus, dolorem & ærumnarum sustinebunt.

gitans de morte filij Dei, & de suis peccatis, quæ tanta sunt, vt non nisi filij Dei morte expiari poterint, plangit sua peccata, & dolet se filio Dei suis peccatis cruciatus auxilium, & simul etiam suam crucem & suas adflictiones propter confessionem

Caput XIII.

Propheta est de beneficijs & Passione CHRISTI, & de ECCLESIA, quæ est cœtus hominum, qui filium Dei Dominum nostrum Iesum Christum fontem iusticiæ & vitæ æternæ pro nobis passum resuscitatum recte agnoscunt, & ex ipsius plenitudine remissionem peccatorum & vitam hauriunt: & veram de filio Dei doctrinam fideliter custodiunt, & omnia idola & falsa dogmata fugiunt & refutant: & per suum pastorem filium Dei sub cruce probantur & conseruantur, & in ærumnis Deum inuocant, & exaudiuntur, & tandem vita & gloria æterna donantur.

In die illa erit ^a fons patens domui David, & habitantibus Ierusalem ad peccatum & ^b menstruum purgandum. Et erit in die illa, dicit D O M I N V S exercituum, & excindam nomina idolorum de terra, & non memorabuntur vltra, & pseudoprophetas ^c & spiritum immundum auferam de terra.

scum nascentē seu peccatum originale. ^d Ecclesia fugiet & detestabitur idola & falsa dogmata. ^e Impios doctores contraria spiritui sancto docentes.

DE ECCLESIA noui Testamenti.

^a Beneficia Christi fontis iustitiæ & vitæ æternæ: quæ per BAPTISMUM in verbo nobis offeruntur. ^b Immundiciem nobis

Et erit